

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

CXXIV. Absque urgente necessitate & absque evidente Ecclesiae utilitate
functionem & sedem non mutet.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

odia, &c. ab officio suo remotus est. Omnis enim invasio loci alteri divinitus demandati, quem ipse adhuc & potest & vult tueri, est illicita, jam verò omnis acceptatio vocationis factæ in locum injustè remoti, est talis invasio, Ergò *Unusquisque sicut vocavit Dominus, ita ambulare, & in vocatione, quâ vocatus est, permanere jubetur*, Cor. VII. 17. 20. Imò qui amplectitur vocationem ejusmodi, in locum injustè expulsi, is communicat peccatis alienis, approbat enim expulsionem antecessoris injustam, adeoq; graviter peccat. Vide D. *Joachim Morlinum* in tractatu de vocatione Ministrorum, *Dedekennum* loc. cit. Membr. IV. section. 3. num. 1. §. 6. 715. 17. *Consilia Witeberg.* part. II. pag. 196.

CXXIV.

Absque urgente necessitate & absque evidente Ecclesiæ utilitate functionem & sedem non mutet.

Ἐξήγησις.

Conditi sunt olim Canones contra *μεταστάσιν*, seu transitionem ad aliam Ecclesiam. Sponte relicta illa Ecclesiâ cujus primo curam quisque suscepit, qui extant Can. *Non oportet*, *Caus. VII. q. 1.* ex Nicæno Concilio Can. 15 *Nam*

Ty 2

opor.

oportet Episcopum vel reliquos ordines de civitate ad civitatem migrare, non Episcopus, non presbyter, non Diaconus transeat. Can. Si quis Episcopus, Caus. & quæst. iisdem ex Leonis Episcopi Rom. ad Anastasium Thessalonice. Episc. Epist. p. 1. Epist. 82. cap. 8. si quis Episcopus sua Civitatis mediocritate despecta administrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorem plebem se quacunque ratione transtulerit, à cathedra quidem pellatur aliena sed carebit & propria, ut nec illis præsideat, quos per avaritiam concupivit, nec illis, quos per superbiam sprexit. Can. Si quis de ordine, Caus. & quæst. iisd. ex Concil. Meldensi c. 30. si quis de ordine Sacerdotis est contemptu minoris ecclesie ambitiosè & improbè ad potiorem aspiraverit, Canonica erga eum definitio conservetur, hoc est, ut utraque careas. His Canonibus planè consona scripsit Julius I. Episcopus Rom. ad Orientales Episcopos Eusebianos, referente Athanasio in sua secundà Apologià contra Arianos Tom. I. Opera pag. 579 Edit. Commelin. in hunc modum: Si vere parem, eundemque honorem in omnibus Episcoparibus censetur esse (εἰ ἀληθῶς ἰσὺν ἡμῶν τὴν αὐτὴν ἡγεῖσθε τιμῆν τῶν ἐπισκόπων) neque ex magnitudine civitatum (ut vos scribitis) honorem ejus rei credere arbitramini, oportuit eum, cui concedita est

par

parva civitas, in ea, quæ creditæ est, permanere, & ne-
 quaquam relin-^{ta} concedita ad eam, quæ concedita
 non est, transvolare, (ut & Calveiv) ne eam, quæ à
 Deo data, aspernari, illam verò, quæ hominum ambitu
 concessa est, magnificere videatur. Vide Forbesium
 à Corfe in tractatu de curâ & residentiâ pastorali.
 li. Singulis Pastoribus portio gregis adscripta est,
 quam regat & pascat unusquisque, rationem
 sui actus Domino redditurus, monente Cypria-
 no Epist. LV. ad Cornelium Episc. Rom. Qui
 itaque desultoria quadam, levitate, absque ur-
 gente necessitate & absque evidente Ecclesiæ
 utilitate parochias & functiones Ecclesiasticas
 permutant, ac quod de ægrotis Seneca dicit, mu-
 tationibus utuntur pro remediis, scandalum præ-
 bent in Ecclesiâ & graviter peccant. D. Tarnovius
 in Disputat. de Ministrorum Verbi abdicatione
 S. II. apud Dedekennum loc. supra alleg. pag.
 788. statuit: *Nemini legitime vocato & fi-
 deliter in vocatione versanti concessum
 esse, dum neutra conditionum requisita-
 rum Ecclesiæ (scil. voluntas retinendi &
 facultas sustentandi) cui inservit, deest,
 ut illam Ecclesiam, cui operam suam pri-
 mò addixit, deserat; Secus esse, si alteru-
 tra defecerit.* Matthesius Serm. IX. Secun-
 da partis de Vita Christi, graphicè istorum

vagorum individuorum levitatem & inconstantiam describendo improbat & damnat. Vide *M. Conradum Portam* in Pastoralis Lutheri p. 39. seq. ubi hanc questionem prolixè tractat, & in rem hanc Literas Constantini M. Imper. ad Eusebium Lib. III. Eusebii de vita Constantini cap. 59. verba B. Lutheri Tom. V. Jen. fol. 567. & c. & Mathesii adducit. Petere quovque aliam functionem plerumque redolet vel ambitionem vel lucri cupiditatem. Si non sufficit tenue stipendium alenda familia, de tenuitate Salarii queri licet & remedium petere; ast ambire alium, sine gravi causâ & quidem lautio rem Episcopatum, turpe; per fraudem verò obrepere, alterius locum captare, vel per alterius eversionem velle emergere vel violenter se obtrudere, non est à desiderio sancto, sed à Diabolo. Neq; tamen simpliciter probare possumus dictum *Bernbardum* Epist. 87. ubi asserit; *Indissolubile vinculum inter Ecclesiam & Ministrum non minus, quàm inter Conjuges esse.* Quamvis enim nemini liceat, contrahere cum Ecclesiâ aliquâ vel ad certos annos, vel indefinitè, ad quemcunque ipsi visum fuerit, terminum, & unusquisque in eâ vocatione, quâ vocatus est, permanere debeat, 1. Cor. VII. 20. non tamen propterea is, qui loco aut Ecclesiâ alicui

alicui suam operam primò addixit, ita eidem perpetuò jure devinctus est, ut nunquam illasa conscientia, oblata præter spem & expectationem legitima & undequaque proba vocatione eam deferere, & ad aliam transire aut migrare possit. Nec eò trahendus est Canon XXXIX. *Sicut alterius &c. Caus. VII. quæst. I. Pastor Ecclesie sit velut maritus illius.* Nam vinculum illud non est juris divini aut naturalis, sed tantum juris humani Ecclesiastici, und wäret so lange/ bißer von Gott durch Mittel. Veruff an einen andern Orth versetzet wird/ Ideo similitudo de marito & uxore ultra tertium comparationis hic non est extendenda. Imo Pastor non est sponsus aut maritus Ecclesie, sed Christus, ille tantum amicus Christi sponsi, Eph. V. 25. 2 Cor. XI. 2. Joh. III. 29. vide Appendic. Novam Consil. Deackenni pag. 457. seq. Distingvendū itaque inter *per d' Deum*, *voluntariam* vel *temerariam transitionem*, quā quis sine causā Ecclesiam suam, quam primitus à Deo sortitus est, deferat, & aliam ambit vel occupat, & *per d' Deum*, sive *translationē* seu *translocationem* Ecclesie Doctorum; hæc non est simpliciter prohibita, sed si gravi & prudenti consilio ob evidentem aliquam Ecclesie utilitatē suscipiatur, omnino probanda est. Rectè

D. Georgius Konig in Classibus Catecher. sect. II. num. IX. pag. 741 Si prater expectationem, inquit, & spem se offerat Vocatio (nam ut quis ipse currat, & spe vel majoris mercedis, vel amplioris dignitatis, laudis munus ambiat, minime consultum putamus &c.) & ille in animo suo sit convictus, se divinam habere vocationem, manifesta necessitatis & utilitatis i.e. copiosioris fructificationis gratiâ, de super quâs immissam; alii præterea de consilio exorati propositum mutandi non improbant, neque firmioribus rationibus incidunt; & tandem Magistratus ipse atque Ecclesia, quibus hactenus erat obligatus, benigne in dimissionem ejus consentiant &c. non videmus, cur functionem, cui prius præerat, non relinquere, & oblatam novam, bonâ cum conscientia, possit amplecti. Pelagius II. Papa Epist. 2. ad Benignum Episcopum ita scribit; Apud Veteres sine ulla differentia de unâ civitate ad alteram migrabas Episcopus, dum utilitas aut necessitas evocaret. In Concilio Carthaginiensi IV, c. 27. qui Juri Canonico infer-

tus

tus, cap. VII. q. I. Can. *Episcopus*, ita decretum est,
Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem
non transeat, nec quisquam inferioris ordinis cleri-
cus. — Inferioris vero gradus sacerdotes, vel alii
 clerici concessione suorum Episcoporum possunt ad al-
 ias Ecclesias migrare. Alia est causa utilitatis &
 necessitatis, ac alia avaritiae, praesumptionis aut
 propriae voluntatis causa non debent fieri Epi-
 scoporum mutationes, sed necessitatis & utilita-
 tis, vide Can. *Mutationes*, Caus. & quæst. iisdem.
 Consensus prioris Ecclesiae non est simpliciter,
 etiam de jure Ecclesiastico necessarius; sonst
 würde keine translation statt haben können weil
 keine Christliche Gemeine seyn wird / die ihren
 Seelsorger / der vortheilhafte Gaben hat / und in
 seinem Amte und Wandel sich der Gebühr ver-
 hält / gerne von sich läßt / ut rectè judicat Facultas
 Theol. Lipsiens. apud Dedeken. in Nova Ap-
 pend. loc. citat. *Quotumque fungitur officio*
Ecclesiastico (verba sunt D. Georg. König loc. alleg.)
vel in Aula vel in Academia, vel in popularibus Ur-
bibus, qui non ex humili in splendidioris istam fun-
ctionem sublimatus sit? Ex antiquioribus commemorabi-
mus tantummodo Origenem & Gregorium Nazian-
zenum, quorum ille Alexandrina, Casariensis, Antiochena
& Tyria Ecclesia praefuit; hic vero octies cathedrâ su-
am Episcopalem permutavit; quem imitatus in eo Dn.
D. Nicolaus Seluocensis, septem vocationes suscepit, &
in octavâ, antequam immensus esset, vitam fun-

*etus est. Nemo tamen has illorum mutationes
 sinistrè interpretatus fuit. Audiamus con-
 summatisimum Theologum, D. Chemnitium,
 qui part. III. Loc. C. de Eccles. pag. 120. §. Quid
 multis, inquit; Quid multis opus est; Do-
 minus messis potestatem habet transfe-
 rendi ministros suos ab unâ Ecclesiâ ad al-
 liam; Eandem potestatem habet & Ec-
 clesiâ; modo omnia fiant legitime. Sic
 Paulus & Timotheum & Titum, non pro-
 priâ temeritate, non privato iudicio, non
 causa ambitus, aut dominationis non de-
 lectionis aut presumptionis, sed utilita-
 tis, necessitatis & edificationis Ecclesie
 gratiâ, de loco in locum transtulit. -- Per-
 sone non sunt alligatæ ad unum locum,
 ut non possint ad alium transire, si vi-
 dentur ejus videant in Ecclesia utilitatem.
 Hæc ille. Gentium Doctor 1. Tim. III. 13. de
 Diaconis inquit; Qui bene ministraverunt, ac qui-
 runt sibi sibi βαδμοναλον, gradum bonum, q. d.
 qui in inferiori vel minori officio suam aliis pro-
 barunt industriam & fidelitatem, ad sublimio-
 rem in Ecclesiâ gradum, pastorem videant Ep-
 isco-*

piscopalem suo tempore provehuntur, ita exponunt *Chrysostomus*, *Theophylactus*, *Oecumenius* & *Commentarius Ambrosii* inscriptus, quos sequuntur *B. Hunnius*, *Gerhardus* & *Baldwinus Comm.* in h. l. Quando verò S. Paulus I. Cor. VII. 20. dicit, *Unumquemque debere in sua vocatione manere*, non hoc vult; Christiano in genere, vel Ministro Ecclesie in specie simpliciter non licere conditionem vitæ, vel functionem mutare, sed tria spectat, I. intelligit vocationem cujusque honestam vel à Deo impositam, non propriâ superstitione aut libidine assumptam. In hac neminem manere jubet, sed in illâ; II. svadet *ἀντάγειν*, ut quisque vocatione suâ quali quali contentus vivat, absq; fastidio & *πολυπραγμοσύνη*, considerans, sibi à Deo hanc stationem esse assignatam, quam teneat, tueatur, ornet, pro virili, donec ab eadem avocetur ad aliam. III. vetat desertionem vocationis temerariam, illicitam, vel scandalosam &c. Ex hæcenus dictis constat, posse Ecclesie Ministrum ab unâ Ecclesiâ ad aliam transferri & transire, modò omnia fiant decenter & ordine legitimo; non temeritate propriâ, non privato iudicio & studio, non ambitionis, dominationis, præsumptionis, delectationis, stipendii aut salarii amplioris, dignitatis majoris &c. gratiâ, sed utilitate, necessitatē & ædificatione Ecclesie omnia æsumantur, ut scilicet in Dei cumprimis gloriam, suam alteri cuidam Ecclesie indigentiori & populosiori foveret ubi-

ube-